1905

Consors Generosi Seraphini Jatbrzykowski protunc absentis sana mente et cor-
pore existens publice et libere recognovit. Quia Generoso Martino Jat-
brzykowski filio suo [illegible] cum eodem marito suo progenito summam Mil-
le floren polon ex summa Mille Quingentorum florenorum polon dotis
sui recognoscentis apud succores et possores bonorum Dobrize olim
Generosi Christophori Brzozowski Succameranij Terrae Bielscen parentis
sui existen et inscronibus certis assecurat cedit dat donat et inscribit.
Dans et concedens eidem filio suo omnimodam et absolutam facultatem
ac plenariam potestatem summam eiusmodi Mille floren polon a succoribus
et eiusdem parentis sui recipiendi levandi de recepta et levata quietandi
pro non restituta iure agendi et ad debitum effectum deducendi ac pro com-
modo suo convertendi salua nihilominus repetitione resta summa Quin-
gentorum floren polon ex eadem summa provenien. Etsi quod absit idem
filius suus steriliter decesserit eiusdem summa sua dotis totalem recu-
perandi ubi se legitima concernen reservata et praecustodita.

Piotraszki — Exemptio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransensibus personali-
ter comparens nobilis Martinus filius Pauli Piotraszko sanus mente et
corpore exns palam publice ac libere recognovit. Quia nobilem Joannem
olim Nicolai Piotraszko ex obligatione bonorum in haereditate Piotraszki
sit sibi per eum in sex sexagenis polon inscript ob sufficientem sa-
tisfactionem quietat emittit et liberum facit ac de bonis supra scri-
ptis exnunc condescendit.

Grochowski — Debitum

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Bransensi-
bus personaliter comparens nobilis Thomas olim Jacobi Dzierzek de Dzier-
szki Stankowięta haeres sanus mente et corpore exns palam et libere
recognovit. Quia nobili Josepho filio nobilis Joannis Holonka Gro-
chowski et ipsius posteris certi veri et liquidi debiti mutuatalis pecu-
niae Centum florenorum polon pro Dominica Septuagesima in Anno
Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo secundo proxe ventura parata pecu-
nia solvere se de omnibus bonis cum successoribus suis submittit
ac inscribit Sub vadio simili aliorum Centum florenor polon in casu
pro tempore praefixo non solutionis ad solvendum irremissibili-
ter succumbendo. Et coram officio praesenti perempta missione ac
reali et effectiva satisfactione omnibus in Universum iuris remedijs
et defensis legalibusque impedimentis se et suos succores ubi abscribendo.